



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Ivdiiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

12. Cæterum petitur hic ? an justè im-
 pedito in primo anno semper detur inte-
 ger secundus annus ? Et quidem certum
 est, dari integrum, quando toto primo
 anno fuit impeditus, vel diligentiam de-
 bitam adhibuit, licet impedimentum pa-
 rum duraverit per *Scacc: supra num. 5.* At
 verò, quando non fuit toto primo anno
 impeditus, sed aliquo tempore, an ei de-
 tur annus secundus integer, non satis con-
 stat: quia de rigore juris videtur, non plus
 de secundo anno tribuendum, quàm in
 priori anno per quodcunq; justum impe-
 dimentum ei ademptum fuit: ita *arg: L. ab*
hostibus. ff. ex quibus caus: major. §. sed quod
simpliciter. Veruntamen usu fori, præfer-
 tim Ecclesiastici obtentum est, ut propter
 quodcunq; impedimentum primi anni
 detur secundus integer: modo totus pri-
 mus annus non fuerit lapsus negligentia
 appellantis. *cap. significante. 69. h. t. proba-*
tur ex authen: si appell: C. eod. ubi dicitur,
quod ad obtinendum hunc secundum an-
num sufficiat, si vel ultimo judiciorum
die appellans ad agendam causam coram
Judice compareat. Conf. etiam ex eo,
 P quod

quod totus primus annus sit in arbitrio appellantis, quando velit incipere, & profequi appellationem. Vide *Scacc q. 15. a. 3.*
 ILLUD nihilominus discriminis est inter primum, & secundum annum, quod primum simpliciter, & ipso jure detur: Secundus autem etiam ipso jure detur, sed non nisi ex iustâ & necessariâ causâ: insuper, quod primus annus non sit præcisè fatalis, sed solum sub conditione, si nulla iusta causa interveniat, quæ appellantem impediât: quia ex tali causâ datur secundus annus: at verò secundus est præcisè fatalis: neq; sequitur, quod etiam impedito in secundo anno deberet dari tertius, quia jus præsumit quemlibet appellantem posse quamlibet causam appellationis, quantumvis arduam, biennio peragere: modo nitatur juxta legis exigentiam. *arg: L. ex hinc cum L. seq. ff. de Leg.*

13. Ubi ad Judicem appellationis ventum fuerit, litigatorum est litem contestari, reddere causam appellationis: allegare etiam, quæ priore iudicio minus expressa adverterint. Possunt quoq; novas probationes adferre, dum tamen ut supra dictum